Anerio, Giovanni Francesco. Antiphonae seu sacrae cantiones quae in totius anni vesperarum ac completorii solemnitatibus decantari solent in tres partes distributae . . . Tertia Pars. Roma, Giovanni Battista Robletti. 1613. RISM A1104

**Title:**

ANTIPHONÆ,
SEV SACRÆ CANTIONES,
QVÆ IN TOTIVS ANNI
VESPERARVM AC COMPLETORII
SOLEMNITATIBVS DECANTARI SOLENT;
IN TRES PARTES DISTRIBVTÆ;
*Quarū prima Natiuitatis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, & omniū Sanĉtorū*
*Secunda, Feſta mobilia, & Communia Sanĉtorum.*
*Tertia, Præcipua Mendicantium Religionum feſta complecĉtitur.*
Binis, Ternis, & Quaternis vocibus concinendæ. Vna cùm Baſſo
ad Organum.
*AVCTORE, IO: FRANCISCO ANERIO ROMANO.*
*In Eccleſia Sanĉtiſsimæ Virginis ad Montes Capellæ Magiſtro.*
TERTIA PARS.
[Escutcheon of dedicatee]

Romæ, Apud Io: Baptiſtam Roblecĉtum. M. DC. XIII.

*Superiorum permiſſu.*

**Dedication Tertia Pars:**

FABIO ALALEONIO | VIRO HVMANISSIMO | CIVI ROMANO NOBILI. | Robertus Belandus S. P. D. |

I*OANNES Franciſcus Anerius, vir Arte Muſica noſtris temporibus | clarus, Diuini Officij Antiphonas quibus Eccleſia ad Veſperas & Com-|pletorium vti ſolet, notis Muſicis ſuauiſſime concinnauit, quas in tres par-|tes, pro earum diuerſitate diſtribuit. Rogatus autem ab amicis vt illas in | publicū ederet, quamquam ſtomo oſtentandæ ſcientiæ ſuæ minimè cupidus, | eorum tamen poſtulatis Solennium dierum celebratione, & piarum aurium | oblecĉtamento appoſitas fore arentium, non inuitus acquieuit. Verum cum | more receptum ſit, vt Auĉtores ingenij induſtriæq; ſuæ opera, viris inſignibus, aut de ſe bene-|meritis inſcribant Anerius hac cura ſolutus eſſe voluit; ſiue adulationis ſuſpitionem vitans, ſiue | in magna copia eorum, quibus officio aut neceſſitudine aliqua deuinĉtus eſt, quam puriſſimū præ-|ferret, ancipiti cogitatione diſtraĉtus. Videns ergo me ſacris eiuſmodi cantionibus modulandis, | non minimum deleĉtari, ſimul vt mihi ad hoc ſtudium in quo illum ducem ſequor gloriolæ quem-|dam ſtimulū adderet, permiſit vt haſce eius Muſicas lucubrationes, cui vellem meo adſcripto | nomine dedicarem. Ego autem ab Alaleonia domo, cuius nobilitatem dignitatemq; plurimi | facio, & a qua non vulgaria in me beneuolentiæ indicia protecĉta ſunt mihi diſcendendum non pu-|taui. Itaq; ex tribus*

*operis partibus, primam Paulo, alteram Ioanni Baptiſtę, fratribus tuis | Illuſtres in ſacra toga honorum titulos gerentibus obtuli, poŝtremam ne de nomine familiæ exi-|ret, tibi FABI humaniſſime reſeruaui. Qui & ſi ſacris initiatus non ſis, in communi tamen | & ciuili vita pie Deum ſanĉteq, omnium cum admiratione colis. Accipe igitur modulatarum | Antiphonarum librum tertium Mendicantium Religionum vſui comparatum; Nec tu quidem id | quaſi ab Anerio Munus emendicauerim contemnito; quando ille ſic in me ſponte cum omni iure | totius operis ſui dominium tranſtulit, vt cui vellem quamcumq; eius partem libere, ac ſiue plagii | crimine dona e poßem. Denique vt Auĉtoris ingenium artem, excellentiam vt laudes atq; com-|mendes æquiſſimum iudico ŝtudium erga te meum ac voluntatem, ne improbes te etiam atq; etiam | rogo. Vale Idibus Septembris. Anno M. DC. XIII. |*

**Imprimatur:**

Imprimatur, Si placet Reuerend. P. Magiſt. Sac. Palatii Apoſt.
Caeſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur Fr. Thomas Pallauicinus Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi
P. Fr. Ludouici Iſtella Sacri Palati Apoſtolici Magiſtri Socius Ord. Præd.

**Index:**

Index Antiphonarum, & Cantionum, quæ in tertia
parte continentur.

[column 1]

*In feſto S. Auguſtini.*

LÆtare mater noſtra a 3. Tenori.
Auguſtini mater. a due, Cāto, e Ten.
Adeſt nobis, a 3. due Canti, e Baſſo.
O lumen, a due Canto, e Baſſo.

*In feſto S. Monicæ.*

Flebat. à due, Canto, e Tenore.
Habitare, à due Baſſi.
Lętata eſt a due, Canto, e Tenore.
Beata mater, à 3. Canto, Alto, e Tenore.

*In feſto S. Nicolai de Tollentino.*

Elegit. a due, Canto, e Tenore
Virtutem. à due, Alto, e Tenore.

In memoria, a due Baſſi.
Suſcitans. a due, Canto, e Tenore.

*In feſto S. Franciſci.*

Franciſcus. a due, Canto, e Tenore.
O ſtupor. a due Tenori.
Crucis apparet hoſtia, à 3. due Canti, & | baſſo.
O martyr deſiderio, à 4.

*In feŝto S. Claræ Virginis.*

Iam ſanĉtæ Claræ, a 3. due Canti, & | baſſo.
Mundi totius, a due, Alto, e Tenore.
Hæc in paternis, a due, Canto, e Ten.
Sacra ſpirat. a due, Canto, e Baſſo.

*In feſto S. Antonii de Padua.*

Gaudeat Eccleſia. a due, Canto, e Ten.
Sapiente filio. a due, Canto, e Baſſo.
Gaude fęlix Padua, a 3. Canto, Tenore, | & Baſſo.
O lingua benediĉta. a due, Canto, e Ten.

[column 2]

*In feſto S. Dominici.*

Gaude fęlix parēs, a 3. due Canti, & Baſ.
Adſunt. a trè, Canto, Alto, e Tenore.
O lumen Eccleſię. a due, Cāto, e Baſſo.
Sacala Cęli. a due Canti.

*In feſto S. Catharinæ Senenſis.*

Immortali laude. a due, Cāto, e Tenor.
O Virgo maxima. a 3. due Cāti, & Baſ.
Det Catharina, à quattro.
Maxima eſt. à trè, due Cāti, & vn Ten.

*In feŝto S. Thomæ de Aquino.*

Fælix Thomas a due, Cāto, e Tenore
Fælix doĉtor. a 3. due Canti, & Baſſo.
Beati Thomæ. a 3. Canto, Alto, e Ten.
Adſunt doĉtores, a 4. due Soprani, vn | Contralto, & vn Tenore.

*In feŝto S. Eliæ.*

Zelo zelatus. a due, Canto, e Tenore.
Vſquequo. a due Tenori.
Si homo Dei. a due, Canto, e Baſſo.
Aſcendens Elias, a 3. due Sopranoi [*sic*], & vn | Baſſo.

*In feſto S. Eliſei.*

Poſtula quod vis. a due, Canto, e Ten.
Cum tranſiſſent. a due Tenori.
Clamauerūt filii, à 3. due Cāti, e Baſſo.
Rem difficilem, a 4. due Soprani, vn | Contralto, Baritono, ouero Tenore.

*In feŝto S. Alberti.*

O Alberte norma, a 4. due Soprani, vn | Contralto, & vn Baritono.
Puro corde, a 3. due Soprani, & vn Ba-|ritono.
Tua ſanĉta dextera. a due Baſſi. |
Excellentem dominum, a 3. Contralti.
FINIS.

**Contents:**

In feſto S. Auguſtini.

Lætare mater noſtra hieruſalem quia rex tuus diſpenſatorem ſtrenuum & ciuem fideliſsimum de ſeruitute babilonis tibi redemit Auguſtinum. à 3 Tenori
Auguſtini mater deuotiſsima quem carne prius pepererat mundo Caritatis viſceribus poſt modum multo ſemine lachrymarum genuit Chriſto. A due, Canto, e Tenore
Adeſt nobis dies celebris quo ſolutus nexu carnis Sanĉtus præſul Auguſtinus aſſumptus eſt cum Angelis vbi gaudet cum prophetis Lætatur cum Apoſtolis quæ prædixerunt myſtira fecit nobis per via poſt quos ſecunda diſpenſandi verbi Dei primus refulſit gratia. A 3, due Canti, e Baſſo
O Lumen Eccleſiæ Beate Auguſtine nobilis proſapiæ doĉtor legis diuinæ Aeremitarum pater & fundator pro nobis apud Deum eſto pius aduocatus alleluia. A 2, Canto, e Baſſo

In feſto S. Monicæ.

Elebat & orabat aſsidue pia parens ſuper filium per quem Dominus Impiorum capita conquaſſauit alleluia. a 2, Canto, e Tenore
Habitare fecit Dominus in domo ſua matrem filii lætantem alleluia. A 2 Baſſi
Lætata eſt mater Quia filius aſcendit in atria Hieruſalem ad Confitendum nomini Domini alleluia. A 2, Canto, e Tenore

Beata mater quæ impleuit deſiderium ſuum dum pro ſalute filii plorans iugiter rogaret Dominum alleluia.   A 3, Canto, Alto, e Tenore  alla quarta

In feſto S. Nicolai de Tollentino.

Elegit Nicolaum Dominus & in ſplendoribus ſanĉtorum ſuorum clarum fecit.   A 2. Canto, e Tenore   Alla quarta
Virtutem operum ſuorum per ſeruum ſuum Nicolaum annunciauit Dominus populo ſuo. A 2.  Alto, e Tenore.
In memoria æterna erit ſanĉtus Nicolaus Cornu eius exaltatum eſt in gloria.  A 2 Baſſi.
Suſcitans a terra Deus ſanĉtum ſuum & cum principibus cæleſtis populi ſui collocauit eum.   à 2, Canto, e Tenore   Alla quarta

In feſto S. Franciſci.

Franciſcus vir Cattholicus & totus apoſtolicus Eccleſiæ Romanæ fidem teneri docuit præsbyteroſque monuit præ cunĉtis reuereri.   A 2, Canto, e Tenore   ſonate come ſtà
O ſtupor & gaudium O Iudex homo mentium Tu noſtræ militiæ Currus & auriga Ignea preſentibus transfiguratum fratribus.  In ſolari ſpecie vexit te quadriga.  In te ſignis radians.  In te ventura nuncians requieuit ſpiritu duplex prophetarum.  Tuis aſta poſteris pater Franciſce miſeris noſtram nam Increſcunt gemitus ouium tuarum.   à 2 Tenori.
Crucis apparet hoſtia tenſis in Cruce brachiis ſex aliis teĉta variis cum vultus elegantia Augens ei chariſmata ſua que faĉta ſtigmata.  In eius carne pro trahit.   A Trè. due Canti, & baſſo.
O Martyr deſidero Franciſce quanto ſtudio Compatiens hunc ſequeris quem paſſum libro reperis quem aperuiſti.  Tu contuens in ære Seraphim Cruce poſitum ex tunc in palmis laĉtare & pedibus effigiem fers plagarum Chriſti.  Tu gregis tuo prouide qui poſt fælicem tranſitum dire prius & liuide glorificate ſpeciem Carnis prætendiſti.   A Quattro.   Alla Quarta

In feſto S. Claræ Virginis.

Iam ſanĉtæ Claræ claritas ſplendore mundi Cardines mirifice compleuit Cuius perfeĉta ſanĉtitas Indeuotas propagines Velocius excreuit.   A 3.  due Canti, & Baſſo
Mundi totius gloriam vt Chriſtum lucrifaceret vile quid arbitrata finibilem lætitiam ne infinitam perderet Semper eſt arbitrata (aſpernata).   A due, Contralto, e Tenore
Hæc in paternis laribus puella ſacris moribus agebat celibatum quam prædocebat vnĉtio Sine magiſtro medio Cor Chriſto dare gratum.   A due, Canto, e Tenore.   Alla Quarta
Sacra ſpirat infantia magni regis connubia Virtute promereri moxque Franciſci ſtudia ſeĉtatur & in gratia conatur exerceri.   A 2, Canto, e Baſſo

In feſto S. Antonii de Padua.

Gaudeat Eccleſia quæ in defunĉtorum ſponſus ornat gloria matrem filiorum.   A due, Canto, e Tenore

Sapiente filio pater gloriatur hoc & in Antonio digne demonſtratur. A 2, Canto, e Baſſo
Gaude fælix Padua quæ theſaurum poſſides Cuius in altario dignum fore loculum viſio monſtrauit. Tu ſignis irrigua tot in tuo prouides miſeris Antonio ſerua rei titulum quæ ſic te ditauit ſed tu nos ad ardua pater his qui præſides quorum es poſſeſſio transfer quos hic vinculum mortis inclinauit. A Trè. Canto, Tenore, & Baſſo [Org: due Canti, e Baſſo]
O lingua benedĉta quæ Deum ſemper benedixiſti & alios benedicere docuiſti nunc perſpicue ceruitur quanti meriti fueris apud Deum. A due, Canto, e Tenore

In feſto S. Dominici.

Gaude fælix parens hiſpania nouæ prolis dans mundo gaudia Sed tu magis plaude Bononia tanti patris dotata gloria Lauda tota mater Eccleſia nouæ laudis agens ſolemnia. A 3. due Canti, & Baſſo
Adſunt Dominici læta ſolemnia laude multiplici plaudat Eccleſia ad eſt dies lætitiæ Quo beatus Dominicus Aulam Cæleſtis curiæ Ciuis intrat magnificus. A 3. Canto, Alto, e Tenore Alla quarta
O lumen Eccleſiæ Doĉtor veritatis Roſa patientiæ ebur caſtitatis aquam ſapeintiæ propinaſti gratis prædicator gratiæ nos iunge beatis. A due, Canto, e Baſſo Alla quarta
Scala cæli prominens Fratri reuelatur Per quam pater tanſiens ſurſum ferebatur fulget in Choro virginum Dominicus doĉtor veritatis ſertum honoris geminum gerens cum beatis. A due Canti Alla quarta

In feſto S. Catharinæ Senenſis.

Immortali laude Catharina virgo Senenſis eſt efferenda quandoquidem ſuæ ſanĉtitatis præſtantia vniuerſo generi humano innotuit alleluia. A due, Canto, e Tenore
O Virgo maxima gloria præſtans Cuius ſacra ſtata orbis vniuerſus hodierna die celebrat quam Angelicum laudibus efferunt ac cæteri ſuperni ciues admirantur age apud Deum quo mentes noſtræ ſemper diuinis præceptis obtemperent Noſque virtutibus aliiſque bonis augeat alleluia. A trè, due Canti, & un Baſſo
Det Catharina frui nos vero lumine Chriſti & ſociet ſuperis virgo beata choris ad ſedes regni faciat tranſire ſupernis virgo fouens meritis nos Catharina ſuis alleluia. A 4. Canto, alto, Tenore, & Baſſo Alla quarta
Maxima eſt Catharinæ Virginis Senenſis præſtantia quæ incolumitatem languentibus & vitam mortuis reſituere potuit alleluia. A 3. due Canti, & un Tenore. Alla quarta

In feſto S. Thomæ de Aquino.

Fælix Thomas Doĉtor Eccleſiæ lumen mundi Splendor Italiæ candens virgo flore munditiæ bina gaudet Corona gloriæ. à 2, Canto, e Tenore
Fælix doĉtor Thomas Cuius ſolatio Angelorum ſeruit attentio Petrus Paulus fauent obſequio Dei mater mulcet alloquio Eleuatus à terra cernitur Crucifixus eum alloquitur Dei mater mulcet alloquio. à 3. due Canti, & Baſſo

Beati Thomæ gloria diuo fulſit miraculo dum odoris fragrantia mira fluxit ex tumulo Qui nitens pudicitia Vixit abſque piaculo. à 3. Canto, Alto, e Tenore. Alla quarta
Adſunt Doĉtoris Cælici Thomæ feſta ſollemnia deuotione ſupplici laudes promat Eccleſia O Thoma laus & gloria Prædicatorum Ordinis Nos transfer ad Cæleſtia profeſſor ſacri numinis. A 4. due Soprani, un Contralto, & un Tenore [Org: Canto, alto, tenore, & baſſo]. Sonate come ſtà

In feſto Eliæ.

Zelo Zelatus ſum pro domino Deo exercituum quia dereliquerunt paĉtum tuum filii Iſrael. A 2, Canto, e Tenore
Vſquequo claudicatis in duas partes ſi dominus eſt Deus ſequimini eum. A due Tenori
Si homo Dei ſum deſcendat ignis de Cælo & deuoret te & quinquaginta tuos. A due, Canto, e Baſſo
Aſcendens Elias per turbinem in Cælum Eliſeus autem videbat & clamabat Pater mi Currus Iſrael & auriga eius. A 3. due Canti, e Baſſo

In feſto S. Eliſei.

Poſtula quod vis vt faciam tibi antiquam tollerate Elias dixit ad Eliſeum. A due, Canto, e Tenore
Cum tranſiſtent Elias & Eliſeus Iordanem per ſic cum dixit Eliſeus Obſecro pater mi vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. A due Tenori
Clamauerunt filii prophetarum Mors in olla vir Dei At ille Afferte inquit farinam Cunque tuliſſent miſit in ollam & non fuit amplius quid quam amaritudinis in olla. A 3. due Canti, e Baſſo
Rem difficilem poſulaſti attamen ſi videris me quando tollerate erit tibi quod petiſti Eliſeus autem videbat & clamabat Pater mi Currus Iſrael & auriga eius. A 4. due Canti, un Alto, & un Tenore, ouero Baritono. Alla quarta

In feſto S. Alberti.

O Alberte norma munditiæ puritatis & continentiæ ora matrem miſericordiæ Vt in hac valle miſeriæ nos defendat a prauo ſcelere Vt exuto mortali corpore perfruamur æterna requie. A 4. Due Canti, Alto, & Baritono ſonate come ſta
Puro corde Iubilet Carmeli religio Iugiterque pullulet In ſanĉto ſeruitio. A 3. due Canti, e Baritono
Tua ſanĉta dextera Ieſu nos ſuſcipiat & Alberti precibus glorioſe nos protegat. A due Baſſi Alla quarta
Excellentem Dominum benedicant ſinguli cuius ſerui meritis liberantur languidi. A trè Alti

**Part-books:**

| | | |
|---|---|---|
| CANTVS | t-tttt$^4$ + tttttt$^2$ | 44pp. Dedication. Index. |
| TENOR | +-+++++$^4$ | 40pp. Dedication. Index. |
| ALTVS | ¶-¶¶¶$^4$ | 24pp. Dedication. Index. |
| BASSVS AD\| ORGANVM | ∫-∫∫∫∫ $^4$ | 32pp. Dedication. Index. |

**Remarks:**

Quarto format. Pagination of each part-book is separate. Cantus part-book has Bass and Tenor parts for *O Virgo maxima* and *Maxima est* for feast of St. Catherine of Siena at end of part-book. Copies consulted: **I**-Bc (microfilm), Rsc. RISM A1104.